

NUMMUS TRIUMPHALIS

JOANNIS BAPTISTÆ CASTALDI,

Summi Exercitus Cæsariani præfecti: Lippâ Turcis
ereptâ, inque Christianorum potestatem

reductâ: Annò Chri-

sti 1552.



Lippam à Turcis per vim captam Joannes Baptista Castaldus Italus, Ferdinandi imp. militiarum Præfectus, acerrimè cum obsideret, Germanos primum & Hispanos mistim ad ruinas murorum collocat, eosque ad ultionem cæsorum amicorum adhortatur: ex altera parte videns hostes aliquo modo retrocedere, jubet cataphractus ex equis descendere: alios strictis gladijs scutisque arreptis: alios captis farissis conari perfracta verberatione

moenia irrumperè. Omnes imbelles præterea, qui castra sequerentur, hastatos, ad morem Pannonum, supra collem urbi imminentem velt consistere ad decipiendos Turcas urbem defendentes: quasi milites ibi sunt collocati ad invadenda moenia: dato hoc ijs negotio: ut cum urbem acius invadi viderent, cum clamore ipsi & strepitu descenderent. Turcæ visâ innumerabili propè multitudine descendantium à colle, animis concidunt: nudant omni præsidio muros: irruit ingens Christianorum multitudo parte eâ, ubi scalæ hæserant. Turcæ qui reliqui erant, in arcem fugiunt; qui remanserant, trucidantur; urbs diripitur. Oppugnantur validè etiam qui arcem tenebant Turcæ, commeatus pressi inopiâ cum hoste paciscuntur, ut sibi cum armis, focijs, vexillis, impedimentisliceret tutò excedere. *Excessit, ut in nummo vides, sedibus suis Lippa: mæsta sedet convasatis armis, quidq; nunc capiendum sit consilij meditatatur.*